

DECRETVM

GRATIANI

EMENDATVM ET

NOTATIONIBVS

ILLVSTRATVM

Vnà cum glossis,

GREGORII XIII. PONT. MAX.

IUSSV EDITVM.

Ad exemplar ROMANVM diligenter recognitum.



L V G D V N I,

M. D. LXXIII.

Delicentia eiusdem D.N. GREGORII XIII. PONT. MAX.



GREGORIVS

PAPA XIII.



Ad futuram rei memoriam.

CUM pro munere pastoralis humeris nostris iniuncto id præcipue nobis propositum habeamus, ut omni studio, diligentiaque omnes Christi fideles his præsertim tam grauibus, calamitosisque temporibus in recta, & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agendum, & providendum sit, ut omnem omnibus aberrandi ab ea occasione subtrahamus. Dudum ob huius rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina, & pietate insignium virorum studio, Decretum Gratiani nuncupatum absque glossis, necnon idem Gratiani Decretum cum Decretalibus Gregorij Papæ Noni prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus glossarum auctoribus, quibus cum viri pij, & Catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob errorem in illis, vel quia nondum pleraque à sacris Concilijs definita fuerant, liberius locuti sunt: Verum etiam cum his, quæ ab impijs scriptoribus tam extra in marginibus, quam etiam intra aspersa fuerant Catholice veritati contraria reuicendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipsum Decretum absque glossis à præfatis à nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illustratum existat, ipsiusque maior pars à dilecto filio Paulo Constabili, tunc sacri nostri Palatii Apostolici Magistro vna cum dictis Decretalibus felicis recordationis Gregorij Noni prædecessoris nostri iam impressis recognita, & approbata sit. Reliquum verò eiusdem Decreti vna cum annotationibus prædictis tam absque glossis, quam ipsum totum cum glossis, Sextumque & Clementinas simul, & Extrauagantes à dilecto filio Sixto Fabri, eiusdem Palatii nostri Apostolici Magistro recognoscenda omnia, & approbanda in officina Populi Romani, quæ ad hoc potissimum ut libri sacri in ea fideliter, & incorruptè imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impressa diuulgari iusserimus, ac ut ad maiorem Christi fidelium vbique tam intra, quam extra Italiam citra, & ultra montes commorantium commoditatem hoc iuris Canonici Corpus fideliter, & incorruptè iuxta exemplar hic Romæ impressum à Catholicis Typographis, à Romano Populo, siue ab eo de-



S. AVGVSTINVS

S. HIERONYMVS

S. IOANNES

MOYSES

S. MATTHAIVS

IOB

S. LVCAS

DAVID

S. MARCVS

ESAIAS


S. PAVLVS

S. GREGORIVS

S. AMPROSIVS

IEREMIAS

*Multa dies, variisque labores huiusce paravit
Arta notitiam: quæ modo clara patet.*



AFFINITATIS DECLARATIO.

Affinitas secundum canones est personarum proximitas ex coitu proveniens, omni ceteris parentela. Et dicitur affinitas quasi duorum ad unum finem unitas: eo quod dux cognationes dicitur: si per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut ff. de grad. cogn. non facit. §. affines. Scias autem quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod dat etiam mortuis personis, quæ mediante contrahitur. §. §. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & viram, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscit mulierem: si vis scire quocumque gradu affinitatis antecet tibi mulier illa, vide quocumque gradum est tibi consanguinitas eius: de quo est tibi ille consanguineus, coito mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dicitur est in regula, viri & mulieris, & non viri & uxoris: quia secundum canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas. pater de eo qui cognoscit consanguineos, uxor. l. i. c. de testationem. & c. penult. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsam virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. de cons. & aff. quod super his.

¶ Regula. Quotiescunque inter unam personarum de quibus queritur, & conjugem alterius non est vel non fuit consanguinitas intra quartum gradum incluse, nulla est prohibitio: ut inter me & conjugem nepotis mei non potest esse nuptiarum: quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

¶ Aliud exemplum. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potest contrahere cum eius relicta: quia inter me & ipsam relictam nulla est nec fuit consanguinitas.



CANONES POENITENTIALES,

QVORVM NOTITIA VIRIS ECCLESIASTICIS EST VALDE NECESSARIA.

Sunt enim quædam regulæ directiue ad poenitentias delinquentibus imponendas.



Considerandum est de canonibus poenitentialibus: Ad quorum intelligentiam prenotandum est, quod sicut est in scientiis practicis, quæ versantur circa opera, quod sermo in vniuersali est incertus & dubius: sed cum applicatur ad singularia incipit quodammodo habere certitudinem, vt qui non considerat circumstantias particulares, potius deniet quam se rectificet, vt patet in medicina, & scientia morali. Sic est intelligendum in proposito, quod canones instruunt in generali quomodo est poenitentia imponenda: sed descensum ad singularia presbyteris discretis relinquunt, qui considerant circumstantias personarum attendentes ad canones sicut ad regulas directiuas: quia si contra canones imponant, non recte imponunt. Nulli ergo presbytero licet facere aliquid, quod possit Patrum regulis obuiare dist. 38. nulli. In canonibus autem maxime determinatur poenitentia quò ad tempus: & magis quam quo ad modum: quia illa determinatio est certior & communior. hæc Bonauentura. Vt ergo scias qualiter debeat procedere arbitrium presbyteri, nota regulariter, sicut dictum est supra septemnis est pro peccato mortali poenitentia imponenda, & hoc non tantum propter temporis diuinitatem, sed magis propter significationem. In veteri enim lege Maria soror Moyse lepra percussa, separata fuit extra castra vij. diebus, Num. 12. Maria significat poenitentem. Interpretatur enim anarum mare. Hæc poenituit vij. diebus, sed nunc poenitet vij. annis, quod significatum est, Ezech. 4. Diem pro anno dedi tibi.

¶ Si quaeratur quare poenitentia sit aggrauata, cum lex noua sit lex misericordie: Resp. quod hic est maior ingratitudo propter maiore gratiam, & maior contemptus propter maiorem dignitatem nouæ legis, in qua Christi sanguis est effusus, & grauius peccatum propter statum

peccantis, qui debet esse perfectior. Et vltimus satisfactio in lege noua debet esse perfecta, vt in pristinum statum reducat. Et quia sol in vna die non redit in idempunctu, sed in anno: ideo dies conuersus est in annu. Rursum, Quia perfectum remedium est in lege noua ideo annis multiplicari debet per septem, propter septem dona spiritus sancti recuperanda, & propter septem dotes, scilicet tres anime, & quatuor corporis obtinendas. Huiusmodi autem poenitentia non est omnibus imponenda, nec tamen est infirmanda: sed est insinuanda, vt cognoscatur quam grauis est culpa. hæc Bonauentura. Licet autem pro singulis peccatis criminalibus sit statuta talis poenitentia: debet tamen imponi magis vel minus aspera prout maioritas vel minoritas criminis cum ceteris circumstantiis hoc exposcit, vt in sequentibus patet. A prædicta namque regula excipiuntur plurimi casus, in quibus propter dignitatem peccantis vel criminis enormitatem imponitur poenitentia maior: aliquando etiam ex variis causis minor. Ad hoc ergo quod presbyter circa poenitentias disponendo cautius arbitretur, notandi sunt casus, in quibus per canones ecclæ poenitentia imponuntur, quos scilicet canones tenetur presbyter scire, vt dictum est supra. Sunt autem illi.

¶ Primus est, quod si presbyter fornicationem fecerit, poenitentiam x. annorum faciat hoc modo: scilicet, quod sit inclusus, siue à ceteris in aliquo loco remotus: sacco indutus & humi prostratus misericordiam Dei iugiter implorans. primis tribus mensibus continuis à Vespere in Vesperam pane & aqua utatur, exceptis Dominicis diebus, & festis præcipuis, in quibus modico vino, pisciculis & leguminibus recreetur. Elapsis autem sic tribus primis mensibus, de illo loco exeat, non tamen in publicum procedat ne populus in eum scandalizetur. Et per hoc videtur, quod in publico crimine loquatur. Post hoc resumptis viribus aliquantulu, vnum annum, & dimidium in pane & aqua expleat,

except

